Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

~~D. V. I. 45~~
227 E 7.
N Kr. 459

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

vide Biblioth: Sarariana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

[illegible]

[illegible]

[illegible]

D.

[illegible] [illegible]

In indice librorum, per A. Pafraet Daventriae editorum, Boethium non reperio. Vid. Revius Hist. Daventr. p. 195. Sed memoratur apud eundem p. 170 altera anni cIↄIↄvi. – Ex Bibliotheca Trajectina, ut ibi additur. Haec Editio est Ann. cIↄIↄxiv. vid. praef.

Severini Boethii de Phi-
loſophiæ conſolatione libri quinqꝫ cū Jo-
annis Murmellij commentarijs Alemarię
(quod Hollandiæ oppi-
dū eſt liberalib⁹ ſtudijs
claꝝ) editis
viri ſtudio
ſoꝝ

¶ Inſunt in hoc opere græca: quæ in peruulgatis hactenus exemplaribus deſiderantur

¶ Inſunt et hæc.

¶ Nicolai Creſcij Florentini epiſtola.

¶ Iacobi Bononienſis in Boethium prælectio

¶ Theodorici Gothoꝝ regis ad Boethiū epiſtola ex Caſſiodori varijs

¶ Auguſtini Dathi epiſtola quoddã Boethij carmen enarrans.

¶ Rodolphi Agricolæ Phriſij in Boethij partẽ luculẽtę enarratiões: et alia quædã minime pœnitẽda.

Venundantur Dauentrie
in ædibus Alberti Pafraet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

¶ Joannes Murmellius Rure-
mundenſis Rodolpho Lan
gio Monaſterieſis ec-
cleſiæ canonico ſa
lutem plurimā
dicit

Tandem meas in Boetij Seuerini de Philoſo-
phię conſolatione cūprimis fructuoſum opus
enarrationes Rodolphe Langi vir oīm (quos noui) humaniſſime, di
ſertiſſime, pientiſſime, ſtudioſorum vſui in lucē emitto, tuoqꝫ clariſſi-
mo noī dico, nō ꝙ ei meis nugis aliquid ſplendoris accedere poſſe con
fidam, ſed vt autoritatis tuę pręſtātiſſimę tutela quaſi Aiacis clypeo
munite ſub hominum vultus prodeant tutiores, nec vituperonum
linguas cote liuoris (vt elegāter ait quidā) naturaliter acuminatas et
aſpidū morſu nocentiores reformident, Dignus eſt ꝑfecto Boetius
(vt ingenue verꝝ fatear) qui me lōge meliorē aliqn̄ cōmentatorē ſorti-
atur. Verꝝ tm̄ abeſt, vt in hac cōmentarioꝝ aeditione tanto ſcriptori
ſatiſfactum putem, vt vel hoc mō doctiores ad iuuanda ſtudioſoꝝ ſtu
dia maximopere cupiā excitari. Porro de hactenus ęditis in eundem
enarrationibus nihil attinet dicere, quę ſi placerent hominibus erudi-
tis, ſane quā libens (vt qui triuialibus olim quotidie prelectionibus,
et ſcholę moderandę curis ſupra modū diſtringar) hoc lucubrandi la
bore, et hoīm iudicia ſubeundi periculo ſuperſediſſem. Caeterꝝ cādido
lectori opam meā probatū iri confido: nō ob hoc ſolū: ꝙ obſcuris lucē
intulerim, verꝝ etiā quia graecis, quę deſiderabant, loco ſuo repoſitis
(quę Joānes Caeſarius vtriuſqꝫ lingue doctiſſimus, et philoſophiae
medicinęqꝫ profeſſor egregius ex Italia: Joannes Aedicollius bona-
rum artiū magiſter dubiū literatior an humanior, Dauentria: ſuperio
ri ad me anno dederunt) mendas cōpluſculas: tum e proſa orōne: tuꝫ
e verſibus ſuſtulerim. Qua quidē in re, tua quondā non parꝝ me iuuit
induſtria, multijugaqꝫ eruditio, ſuper cuius ampliſſimis laudibꝰ: id
quod Saluſtius de Carthagine ait. ſilere melius puto: quā parꝝ dice-
re. quoniā alio properare tempꝰ monet. Premiſi aūt quędā noſtris, q̄
diligens lector haud quaquā aſpernabitur ſpero. Vale, meqꝫ (vt fa-
cis) ama. Alcmariae tertio nonas aprilis Anno a Chriſti ſeruatoris
ortu Milleſimo Quingenteſimo Decimo quarto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

¶ Joannes Cæſarius Juliacēſis in quadā ad Murmellium epiſtola

Quod ſcribis te commentaria parare in quinqꝫ Boetij libros de conſolatione philoſophię: nihil ſane iucūdius audire potui. ꝙ id certe diu iam optaueraꝫ: vt videlicet ab aliquo docto homine et in bonis literis rite inſtituto (qualem te et iudico: et certe ſcio) talia ederentur commētaria: quę digna eſſe poſſent tanto auctore: ac tantę etiā rei conuenire.

¶ Nicolaus Creſcius Florentinus monachus ciſtercienſis Antonio Lanfredino Florentino ciui illuſtri ſalutem

Multa quidem ſunt Antoni Lanfredine, et in philoſophia, et in theologia, cum obſcure dicta, tum ad cognoſcenduꝫ difficilia. Illae tamen in primis celebres de fato, de beata vita, de diuina prenotione, atqꝫ prouidentia quęſtiones ancipiti intellectu legentium pleroſqꝫ in deteriorem ſenſum trāſuerſos agunt, Quę quāquam ſunt a nonnullis ita accurate diſputata, atqꝫ copioſe illuſtrata, vt nullus videatur relictus dubitandi locus, ijs tamen de rebus accuratius, grauius, lucidius, nemo, quam Seuerinus Boethius diſſeruit, vir (me quidem iudice) omnium ſuae aetatis doctiſſimꝰ. Qui cum in multiplici diſciplinaꝝ genere, non pauca ſcripſerit, voluit etiam tū in hoc libro, quem de philoſophię conſolatione, tuꝫ in ijs, quos de Trinitate et de duabus naturis Chriſti inſcripſit, bono periculo experiri quantū in ſacris literis profeciſſet, Sed erat hic liber adeo ſaeculoruꝫ incuria iam deprauatus. vt nullus ſui auctoris nitor. nulluſqꝫ prope cultus agnoſceretur. Qui cum ſuperioribus annis reſtitutionem ſui poſceret, multo pluribus vulneribus affectus eſt. Nanqꝫ mutilꝰ, inuerſus, et a ſe plurimum mutatus prodijt ab impreſſoribus in manꝰ hominum cum commentarijs quae falſo Diuo Thomę Aquinati aſcribūtur. Rogatus itaqꝫ vt hunc ipſum Boetij libruꝫ emēdarem: ac priſtinae integritati, quoad poſſem, reſtituerem, id eo libentius feci. ꝙ materia de qua agebatur, ea profecto eſt, quae religioſum virum maxime deceat, Uſus eſt autem in hoc opere Boetius eo dicendi genere, quod non minus ornatum quam graue, et philoſophię maxime accōmodatum videatur, Et preterea varium, eoqꝫ iucundum, quod nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

ſoluta oratione grauiſſime diſputat, nunc metro elegantius ludit, Id
igitur opus noſtra cura, ac diligentia, qualecunq; eſt, emendatum ti-
bi Lanfredine vir ornatiſſime nuncupamus, non ea ratione, vt exiſti
mem eius lectionem poſſe multum tuae eruditioni adijcere, ſed vt tuo
patrocinio in enchiridij typum aſtrictum, honeſtius, ac tutius in vul
gus exiret, Ut inde facile iudicari poſſit, quantum inter priorem illū,
et hunc noſtrum librum interſit. Quod ſi tu probaueris, ſatis a me ō-
nibus factum eſſe iudicabo Uale,

Jacobi Bononieñſis prelcō̄ ī Boetiū̄ Seuerinum

Conſtitueram viri clariſſimi hoc anno praefatione abſtinere: ne
ſemper in eodem veſtigio haererem. Aſſiduitas eniz (vt ait Ci
cero) faſtidium parit: et ſatietatem. Uerum: vt conſilium mu
tarem: partim vos nimis officioſi et amantes noſtri perfeciſtis (me nā
q; quotannis veſtro ornatiſſimo conſpectu honeſtiſſimaq; praeſentia
condecoratis) partim illuſtris et magnifici ſenatus noſtratis magni-
ficentia ac liberalitas: qui me proxime impenſiori ſalario cenſendū pu
tauit: necnon collegam viro eruditiſſimo humaniſſimoq; me adiun-
gens honeſtiori titulo exornauit. Tātorum igitur meritorum memor
(quoniam ingrato homine nihil peius terra creat vt ait Menander)
recordatus etiam Amyclas tacendo perijſſe: ꝗq; nemo ſilens placu-
it: vt inquit Auſonius: cogor impellorq; aliquid noui in praeſentia vo
bis recitare: quod ipſa ſaltem varietate aures veſtras permulceat ⁊ ob
lectet. Quid frontē contraxiſtis: ꝗ me recitaturum ſum pollicitus:
Non meum eſt exemplum: ſi recito. Sed hoc veteres alioquin erudi
tiſſimi factitarunt. Nouum autem id appello, quod ante me nullus
ſic contexuit. Habebunt itaq; docti, quę facile agnoſcant, indocti, quę
condiſcant et admirentur. Hodie igitur verba ſum facturus de erro-
ribus pene innumeris, quibꝰ pleriq; omnes fallimur, nec ſoluz imperi
ti et profani (quod minus ęgre ferendum eſſet) ſed (quod dolorez me-
um exulcerat) eruditi, et (vt ita dicaz) muſarum ſacerdotes. Cęteruz
cum morbos et hulcera refricuero, medicinam auditor expecta Faue-
te ergo omnes, et adeſte ęquo animo. Nam (vt ait Hieronymus) be-
atus eſt, qui loquitur in aures audientis. Omnis mortalium cura et
intentio ad vnum quietis ſtatum diuerſo tamen calle nititur perueni
re. Hic itaq; ſe totum fortūę cōmittit, eam dicens res humanas p ar-
bitrio flectere et verſare. Eandez obſeruat et veneraẗ. tanq̄z numen ſa-
lutare, maximuz, omnipotenſq;. Illectuſq; primulū blādicijs et leno
cinijs huius pellacis et verſipellis deę, cuz tādem reflātem videt ⁊ ad-
uerſaz, queriẗ, ſuſpirat, gemitq;, lubricaz, incōſtantem, cęcā, et vagā
appellās, nulliq; cōuitio parcens. Stultus inquaz (ne dicaz inſanꝰ)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

qui vult. vt nil intra ſit oleā, nil extra in nuce duri. Quoniā em̄ men-
tis ꝓpoſito vitā et ſpem illi credere eſt auſus, que ab ātiquis et veteri-
bus nr̄is ob mobilitatē ſedere in pila fingebaꝛ: ꝛ quā rotule inſiſtentē
quod loco ſtare neq̄ret, ſapienter dixit et lepide Auſonius. Fortune er
go ſi te regenduz dediſti, domine moribus oportet obtemperes. Alius
congerēdis opibꝰ, cumulādiſqꝫ diuitijs inhiat. totuſqꝫ incubat, ratus
per has ſolidaz fœlicitatez, et om̄ia mortalibus cōmoda et cōpendia
Nā ſi aliq̄s caſus lecto te affixit, habes, q̄ (importari. iuxta illō
Aſſideat, fomenta paret, medicuz roget, vt te
Suſcitet, ac reddat natis chariſqꝫ propinquis
Frequenterqꝫ illud habet in ore
Scilicet vxorem cum dote fidemqꝫ et amicos
Et genus et formam regina pecunia donat
Ac bene nummatum decorat Suadela Venuſqꝫ
Hic etiam putat cœlum deoſqꝫ auro vœnales
motus hoc Tertulliani verſiculo
Nō licet deos noſſe gratis, hocqꝫ Petronij diſticho
Magna loquor, quiduis nummis preſentibus opta
Et veniet, clauſum poſſidet arca Jouem
Sz cōtra reputādo, nihil improbius, nihil ꝑniciosius, nihilqꝫ q̄d ma
gis humanuz genus vexet et inquietet, quā opes et pecuniaz inuenies
Verꝫ hāc primum ſi ſtruere cupies, eripies hn̄ti. Vn̄ improbas creſcē
diuitias dixit Flaccus, Hieronymuſqꝫ, diues ait, aut iniquus, aut ini
qui heres. Noxia igiꝛ eſt et inutilis pecunia, quādo ihoneſta, vetuſqꝫ
ꝓbū eſt. Male parta male dilabūtur. Pernicioſe ſunt et opes, quaruz
opa hoies euigorātur, ꝛ emolleſcūt, morbi gliſcūt. ꝛ egritudies, pudor
leges, iura, turres, arces, ꝓpugnacula, et opida munitiſſiā expugnanꝛ
Pecunie em̄ (vt ait Cicero) om̄es vias norūt. Diogenes ille cynicꝰ vi
am ꝟtutis adeo anguſtā, difficilem, et arduā eſſe aiebat, vt eā vix nudi
ſupare poſſent ac trāſmittē, neduz pōdere aliq̄ impediti et auro ſuffar
cinati. Lucretiꝰ etiā ſcptuz reliq̄t, defunctos vita nudos ꝛ inopes in-
ferna ſubire. Ex q̄ Auſoniꝰ facete ꝯgreſſuz Diogenis ꝛ Crœſi apō in
Effigiē rex Crœſe tuā ditiſſime regū (feros hoc carmine luſit
Vidit apud manes Diogenes cynicus
Conſtitit vtqꝫ procul: ſolito maiore cachinno
Concuſſus: dixit. quid tibi diuitiae
Nunc proſunt regum rex o ditiſſime: cum ſis
Sicut ego: ſolus: me quoqꝫ pauperior
Nam quaecunqꝫ habui: mecum fero: cum nihil ipſe
Ex tantis tecum Crœſe feras opibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

Alius per gradus mḡratuū diſcurrere cōtendit: ſicq̧ ad honores ob-
repit, vt poſtea faſcib⁹ cōſpicu⁹, illuſtris, ac reuerēd⁹ appareat. Habz
em̄ (vt ait Cicero) iuſtā venerationē q̄cquid excellit, ⁊ hūc hiātez trige
min⁹ plauſus tollit, et inflat, ſicq̧ populari aura erect⁹, cœluz ſe ſcal-
pere putat, quē gl'ia ſubſeq̄tur dulcis mḡratuū ⁊ laboꝝ comes. alimē-
tumq̧ cuiuſq̧ animi generoſi. Trahimur em̄ oēs laudis ſtudio, ⁊ op-
timus q̄ſq̧ maxie gl'ia ſaginat. Pulchrū eſt digito mōſtrari, et dicier
hic eſt. Veꝝ qm̄ hmōi dignitates ſitę ſunt in arbitrio pfanę multitu
dinis, idcirco min⁹ exoptādę vident. Ut em̄ pręcipit Anne⁹ Seneca
Vitate, quecūq̧ vulgo placēt. Quā ꝟo ip̄robuz ſit, et pposteꝝ popu-
li examē et iudiciū, vt alia ptermittam⁹, nōne vnico Catonis et Vati
nij exēplo licebit agnoſcere: Cato em̄ ille viuax imago ꝟtutū pturę cā-
didat⁹ repulſaz paſſus eſt. Vatini⁹ ꝟo homo leuis et nequā illā eſt aſſe
cut⁹, ſtupēte eodez popello, q̇ hoc fœcerat, et admirāte. Hūc ꝟo ſplen
dorē liuor plerumq̧ comitat. Naz vt inq̄t Aemylius Prob⁹, eſt hoc
cōe vitiuz in magnis liberiſq̧ ciuitatib⁹, vt inuidia gl'ię ſit comes, ⁊ li
bēter his hoīes detrahāt, quos videāt alti⁹ emergere. Gl'ia ꝟo q̄ȝ fallax
q̄ȝ turpis ⁊ inanis ſit, oñdit Euripedes in Andromache in hāc ſniaz
exclamās. O gloria, gl'ia nihil aliud es, q̄ȝ auriuz inflatio magna: Hu
ius ꝟo glię et ſplēdoris cupidi plęriq̧, cuz hoc in puluere viriliter deſu
daſſent, p munere tādez exiliuz, carcerē, aut mortez ſubiere. Ali⁹ ſtem
mate et nobilitate gl'iatur, tumeſcitq̧, cū fumoſas maioꝝ ſuoꝝ imagi
nes in atrio cōſpicat, quaꝝ ſimile nihil habet ipſe pter colorē, vt cū Ci-
cerone loq̄r. Has ergo freq̄nter ſuſpicit, et admirat ptenditq̧, p inde
ac pauoꝝ tituli et elogia cuz forte degenerē ſordidūq̧ tegere poſſint et
honeſtare. Cōtra ꝟo euenit, vt plerunq̧ p hęc monumēta hoīs impro
bitas ac vilitas magis magiſq̧ eluceſcat. Nō pn̄t omēs eſſe patricij, vt
inq̄t Cicero. Ille ꝟo omni cōmendatiōe dign⁹ eſt, q̇ ſua ꝟtute poſteris
pluxit. Nā ſi nobilitas eſt quędā laus veniens ex meritis parentū, me
hercule aliena eſt. Miſerū ꝟo eſt (vt ait ille) alioꝝ incūbere famę. Vn̄
grauiter dixit Boeti⁹. Quid gen⁹ et pauos ſtrepitis: Si p̄mordia
noſtra Auctorēq̧ deuz ſpectes, nullus degener extat, Ni vitijs priora
fouēs, propuz deſerat ortuz: Alius in ſumma potētia ſummū bonuz
collocat. Hicq̧ aut regnare cupit. aut regib⁹ adherere, regnū ex deo cē
hoc Homerico admonit⁹. Neq̧ tu polide velis cōtēdere cuz rege, cui
ab ipſo Ioue, qualis nunq̄ȝ alteri, collata eſt dignitas. Hic igit vt ex-
cellat et imperet, nil intentatū, nilq̧ inauſuz linquens p fas, nefas ad
votuz improbus properat, illd Euripedis vſurpās. Si violandū ius
eſt, gratia imperij violāduz. cęteris rebus pietatez colas. Reges enim
proximi ſunt dijs immortalib⁹, vt ait Cęſar. Cicero quoq̧ regiuz no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

mēn ſanctū appellat. At vos terreni hoīes nōne cōſideratis, q̇bus p̄ſidere videamini? Nu3 ſi inter mures videretis aliquez ius ſibi ac ptā-
tez vēdicantē, ſpectatu3 admiſſi riſu3 teneatis amici? Si vero corp⁹ ho
minis pēſitet, q̇d eo imbecilli⁹? q̇d fragili⁹? cu3 ſepenūero ꝛ hora ꝛ mo
mento tp̄is diſſoluat ꝛ intereat. Quā vero ſolicit⁹ ꝛ miſerabilis ſit ſtat⁹
tyrānoꝝ ꝛ p̄ncipu3, rex ille patefecit, q̇ diadema p̄uſqua3 capiti ſuo ap
poneret, cōſiderās, ait. O nobilē magis, q̄3 fœlicē pannū, que3 ſi q̇s in
troſpiciat, q̄3 multis p̱iclis ꝛ miſerijs ſit refert⁹, ne humi q̇de3 iacentē
tollere vell3. Et Dionyſi⁹ ille Sicilię tyrānus, q̇ met⁹ et p̱icula regu3
p̄ncipūq3 exp̄ſſit enſe illo leui filo ſuſpēſo, plurimoꝝq3 p̱ ora vulgato
Scatet vero exēplis innūeris vetuſtas, plena eſt noſtri tp̄is ętas, q̇ re-
ges et p̄ncipes fœlicitatē calamitate mutauerit. Infœliciſſimū āt gn̄s
infortunij ē fuiſſe fœlicē, ex q̇ dixit Horati⁹ Fuge magna, lic3 ſub pau
pere tecto reges ꝛ regū vita p̄uertere amicos. Quid de regū et p̄ncipū
familiarib⁹ loquar? Nōne Tyberi⁹ Seianu3 illi ſp̱p̱roximu3 ꝛ inti-
mu3 vnco trahi et excarnificari imp̱auit? Nōne et Domitius Nero
Senecā p̄ceptorē ad mortē cōpulit? Papinianū etiā diu iter aulicos
potente3 Antonius militū gladijs obiecit? p̄pter q̇d elegāter dixit idē
Flaccus. Dulcis inexp̱tis cultura potentis amici. Expertus metuit.
Ali⁹ claritate3 optimū iudicās, glorioſu3 nomē p̄pagare feſtiat, in p̄-
miſq3 re militari clareſcē geſtit. Ciceronis memor ita ſcribētis Mili
taris vtus p̄ſtat reb⁹ ōnib⁹. Hęc nomē populo romano, hęc huic vrbi
ęternā gl'ia3 peperit. Hęc orbe3 terraꝝ parere huic imp̱io coegit, om-
niaq3 vrbana ſunt in p̄ſidio et tutela bellicę vtut3. Hic ergo inglorios
et ſine noīe brutis ānumerādos putat, cu3 p̄ſertī3 vl' pace, vl' bello cla
ru3 fieri liceat, vt ait ille. Sed ꝯplures etiā ſui tp̄is clariſſimi, ignot3
tamen mortibus perierunt, nullos ſortiti reꝝ ſuaꝝ ſcriptores. Quid
ꝙ ſcripta et monumenta tempore tabeſcunt et intereūt? Vn̄ illud eſt:
Miremur perijſſe homines, monumenta fatiſcunt
Mors etiam ſaxis nominibuſq3 venit
Huc adde, ꝙ ſi toti moriūtur homīes (q̇d tn̄ a noſtris inſtitutis ꝛ le-
gibus lōge abhorret) nulla eſt claritas et gl'ia, cu3 is omnino nō extet.
Si vero bn̄ mēs ſibi conſcia recti terreno carcere recluſa coelum libe-
ra petit, nonne omne negociu3 terrenu3 ſpernet? et cœlo fruēs gaude-
bit ſeſe his exemptam? Unde illud eſt Nec vixit male, qui moriens
natuſq3 fefellit. Et ille Virgilianus ait Pulcherrima p̱rimu3 dij mo
reſq3 dabunt veſtri. Ali⁹ gaudio lętitiaq3 bonu3 metit, Hic fœliciſſi
mu3 putat voluptate diffluere, ad quā nos p̄pēſos natura impellit,
immo pręcipites agit. Qđ aute3 ſm naturā ē (vt ait Ariſtoteles) id
ſuaue cōtingit, ſequūturq3 oīa aīalia eā voluptate3 q̄ ſm naturam eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

Hic ergo aſſerit deos ꝓpterea eſſe ſempiternos, ꝙ ſecuri voluptate iu
giter et continenter perfruantur. Libens ergo illud Perſianum vſur
pat. Carpamus dulcia, noſtruꝫ eſt Quos viuis, cinis et manes et fa-
bula fies. Ceterum ſi homines voluptates abeuntes cōſiderarent, ſo-
lamqꝫ facti poenitentiā ſupereſſe, eas magis declinarent atqꝫ effuga-
rent, quam nautę blandas ſirenes ⁊ aſperas ſymplegades. Quis eniꝫ
non libens ſpernat et abijciat viliſſimę fragiliſſimęqꝫ rei corporis ſer-
uitium: Solitus erat dicere Antiſthenes ſocraticus. Inſanireꝫ poti
us, quam oblectarer. Dicebat etiam Diogenes, ſi nō ebrij eſſetis, So
crati pareretis, et aut per omnes ętates continētię ſtuderetis, aut ſuſ-
pendio vitā finiretis. Cato quoqꝫ in oratione quadā ita homines a vo
luptate deterret. Siqua per voluptatē nequiter feceritis, voluptas ci
to abibit, nequiter factuꝫ illud apud vos ſemper manebit. Alius for-
mam et dignitateꝫ corporis pręſtātiſſimū putās, hęc inquit dos eſt,
quę cōciliat homines, quęqꝫ deos allicit et inuitat, imprudens atqꝫ im
memor, quid Hippolyto, quid Bellorophōti, quid Hyacintho, quid
Hylę ⁊ alijs id genus acciderit, quibus ſpecies diſpēdioſa fuit ⁊ noxia
Huc adde, ꝙ formę nitor rapidus eſt et velox, vernaliumqꝫ floꝝ mu-
tabilitate fugacior. Vñ Saluſti⁹ formę glīaꝫ fluxā et fragilē dixit,
et Calphurnius Donum forma breue eſt, nec ſe tibi cōmodat annis
Quamobrem Spurina ille hetruſcus non mediocreꝫ laudem eſt a-
pud poſteros aſſecutus, ꝙ cum ſpecie ſua illuſtri complurium matro-
narum oculos ſolicitaret, faciem propiam multis inhoneſtis vulneri
bus ac foedis cicatricibus deformauit, vt veram animi pulchritudi-
nem retineret. Verum ſi (vt inquit Ariſtoteles) lynceis oculis
homines vterentur: ſic vt coꝝ viſus obſtantia traſmitteret: et penetra
ret: nonne introſpecti Alcibiadis corpus ſuperficie pulcherrimū: tur-
piſſimū videretur: Pulchꝝ em̄ aliquid videri nō ſua natura: ſed ocu-
loꝝ ſpectantium reddit infirmitas Ali⁹ in virtute verā animi quietē,
trāquillitateꝫqꝫ mentis reponēs grandi paſſu: om̄iqꝫ impetu ad eā de
fertur: arbitratus ei oīa ineſſe: quē penes ſit virtus: memor hui⁹ hym-
ni Virtus optima venatio vitę es mortalibus oībus Talem tu iacis
in pectora nobilem fructū: perpetuo tp̄e qui manet Auro tu melior
Nocturnis hic igitur chartis palleſcere cupit: Zenonis exemplo ſti-
mulatus: qui cū Apollinem conſuluiſſet: quo pacto optime viuē poſ-
ſet: reſponſum accepit: ſi mortuis colore concors eſſet: hoc eſt ſi ad le-
gendos antiquoꝝ libros magno ſtudio ſeſe contuliſſet. Caeteꝝ cū va-
riae ſint artes et diſciplinę: eſt qui grammaticā ſectetur: quę cū in du-
as parteis diuidatur (vt inquit Fabius) in bene loquendi ſcientiam: ⁊
poetarum enarrationes: poſthabitis his ⁊ omiſſis; quę ad ſolidā fru-

gem pertinent:leuia et ludicra moroſus et delicatus ſcire geſtit:exēpli
cā,Quoties an q̄tiens ſit dicēdū cōiux an cōiunx:et an amicei nume-
ro multitudinis ꝑ e et i ſit ſcribendū:vt cenſebat Nigidi⁹:et an veis
et omneis in plurali e aſſumant:vt aſſerit Terentianus aliaqꝫ id gen⁹
quę in Plauto ſubtilis lector offendet.Quippe quae haud equidē in
magno ponā diſcrimine:vt cum Liuio loquar Aliȷ̄ em̄ in lrīs ⁊ ſylla-
bis ſint occupati:tu ſententias quaere:vt ait Hieronymus Eſt q̇ dia-
lecticā petat:ſophiſmata quaedā et gryphos captioneſqꝫ labyrintho ⁊
męandro ſimiles tantum percurrens:ſemperqꝫ in veri et falſi quaeſtio
ne occupatus:quod dū facit tanto fit a veri cognitione remotior:quā
to Simonides ille a dei ſcientia repellebatur:qui cum ab Hierone ty
ranno cogeretur rimari et quaerere:qualis deus eſſet primum diē:de
hinc biduum:poſtea tempus duplicari poſtulabat:Quod cum tyran
nus miraretur:philoſophus illud reſpondit. Quanto enim diutius
conſidero:tanto res videtur obſcurior.Eſt qui ad rhetoricam deflec-
tat:eam reginā rerum omnium appellans:quae rupicos homines:⁊
agreſteis:et diſpalanteis in vnū congregauit:et ad ciuilis obſequiȷ̄ pel
lexit diſciplinam:et que fora:gymnaſia:porticus:theatra:tam Athe-
nis:quam Romae pro arbitrio domuit flexitqꝫ. Hic tamen ſeipſo v-
ſuspeſſimo(vt dicitur)praeceptore:nulla obſeruans rhetorices catho
lica ac praecepta:orator vult appellari Cumqꝫ an̄ omnia apertis ac lu-
cidis nominibus ſit vtendum:hic maiore in literis iactantia:et σο-
φιστεια.i.elatione:quam opera:verbis iam pridem deſitis:obſole-
tis:et penitus reconditis abutitur:cacozelarius dici cupiens et antiq̄
rius:oſtentator magis doctrinae:quā verus poſſeſſor:in quem conue
nit illa de oratore faceta diffinitio.Orator eſt vir malus dicendi impe
ritus.Orator em̄ perfectus adhuc deſideratur. Alius(vt ad mathe-
mata id eſt ad altiores diſciplinas vela dirigam)ad aſtrologiam con-
tendit:illum iudicans ad vnguem beatum:ſupraqꝫ vota foelicem:qui
aſtrorum ſiderumqꝫ meatus:cęli itinera:occaſus et ortus ſignoꝝ:de-
liquia ſolis ac lunae calleat. Hicqꝫ Hercule et Atlante emeritis:iā qꝫ
fatigatis:ſuppoſito vertice cęlum fulcire cupit .Sic enim petitur cę
lum:vt ait Ouidi⁹ Anaxagoram forte demiratus:qui lapidem caſu
rum e ſole praedixit. Uerum:quoniā innumerę ſunt ſtellę.quę non-
dum in cognitōem mortalium deuenerūt:idcirco aſtrologus plaerū-
qꝫ fallitur:et ab arte deſeritur.Diogenes ob hoc cum quendam de ſo-
lis natura ac poteſtate diſſerentem:et oībus ꝑſuadētem vidiſſꝫ:quā-
do inquit de cęlo deſcēdiſti Cęterum ſi reliquos humanę vitę errores
in cęteris diſciplinis enarrare vellem:tertius fortaſſe Cato:⁊ octau⁹
ſophos:nonuſqꝫ magiſter moꝝ dicerer et ſubſannarer:mihiqꝫ ſacie-

tatem:vobis autem faſtidium ac nauſeam conflarem. Ex quo referã
pedem:et ad medicinam(quam me daturum promiſi)paucis me con
uertam. Ante omnia eminentiſſimi auditores neceſſe hoc eſt praeten-
dere:nihil apud deũ fieri ſine ratione:vt ait Hieronymus .Deus aũt
qui ſumma ratio eſt:hoĩem hac fine plaſmauit:vt magiſtra ac duce ra
tione vitam in terris ageret cęleſtem. Hanc vero ſi omitteret:in prae-
ceps collaberetur.vnde ſapienter dixit Perſius. Nil tibi conceſſit ra
tio:digitum exere:peccas. Diuus quoqꝫ Hieronymus dixit corporis
noſtri ſenſus eſſe:quaſi equos currentes ſine rectore:aĩam vero ꝛ rati-
onem in aurigę modum retinere frena currentium. Quiſquis igitur
duce ratione ambulauerit:imprimis fortunam(quę apud prudentes
nullũ numen habet)calcabit:et fatũ ſubijciet pedibus:diuitias ꝛ opes
aſpernabitur:contemnetqꝫ:tanquã intemperantię et nequitię mate-
riam:oĩmqꝫ ſcelerum ſeminarium:doliũ ac peram Diogenis concupiſ
cet:ad naturam viuens:quae paucis ꝛ minimis contenta eſt. Idẽ am
bitioſa noĩa:et inutiles magiſtratus:tanquã blandos inſidiatores re-
formidabit:conſcientia benefacti munitus:hiſqꝫ bonis gaudens:quę
in ipſo ſunt:externa deſpiciens:et non aſſis faciens:virtute ſola cõten
tus. Ut eñ Horatiꝰ Uirtꝰ repulſę neſcia ſordidę : Intaminatis ful-
get honoribꝰ:nec ponit aut ſumit ſecures:arbitrio popularis aurę Et
Claudianus Ipſa quidẽ virtꝰ preciũ ſibi:ſolaqꝫ late Fortunę ſecura
nitet:nec faſcibus vllis Erigitur:plauſuqꝫ petit clareſcere vulgi. Nil
opis externę cupiẽs.nil indiga laudis Gloriã rẽ inanẽ:et bullę repẽte
tumeſcenti comparandam:nec non nobilitatem tanquã rem alienam
ridebit. Genus ſuum cęleſte:nec non originem ſidereã hoĩs contẽpla
tus:dicet illud Anaxagorae:illa patria mea eſt:cęlum intuens. Potẽ
tiam principumqꝫ familiaritates refugiet iuxta illud. Lucani Exeat
aula Qui vult eſſe pius:virtus et ſumma poteſtas Nõ coeunt. A vo
luptate deflectet:tanquã ab hoſte blando:quae ſuauibus illecebris clã
culum omnem ſuccũ exorbet. Uoluptas enim veluti hirudo eſt:quae
non eſt miſſura cutem:niſi plena cruoris Formã cõtemnet:quae mor
bis et aetate defloreſcit:quaeqꝫ horae momẽto intercidere poteſt et e-
uaneſcere. Quoniamqꝫ vera virtus eſt vitiũ fugere:ob hoc idem grã-
maticę, dialecticę, rhetoricę, aſtrologię, et alijs mathematicis hoc ani-
mo incumbet, et inuigilabit, vt per hos leuiores gradus ſit ad philoſo
phiaꝫ aditus, philoſophiã inquã õnium virtutuꝫ magiſtrã. Quippe
quę hominꝫ impellit et cogit rimari ſecreta naturę, eumqꝫ ad mores
coeleſtes cõponens et cõformãs, deuꝫ ex homine facit. Cumqꝫ philoſo
phia ſit quędã meditatio mortis, per hanc inquit Diogenes ſoluꝫ ani-
ma a corpore diſparatur. Cum enim videt, audit, olfacit, guſtat, adeſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

corpus. Dicebat idez Diogenes Cum mente non meditamur, moleſtus vitę finis eſt expectādus. anima nāqꝫ delicijs amiſſis mœrore afficitur. Uerum vbi optimam meditati erimus meditationem, et vita ſuauis eſt, et mors minime moleſta: Sed vt ſemel et opere aliquo reqꝫ ipſa verba ſanciamus (odi enī hominez ignaua opera, philoſopha ſententia) conſtitui auditores clariſſimi diebus feſtis philoſophiā Boetij publice profiteri, vt aliquādo opus pene diuinum et cœleſte relicto ſitu et ſqualore, nitiduz et emaculatum prodeat in lucez. feſtis inqꝫ diebus. Nā (vt ait Macrobius) ſi per ſacra ſolennia riuos deducere nulla religio prohibet, ſi ſalubri fluuio merſare oues fas ⁊ iura ſinunt, cur nō religionis honor putetur dicare ſacris diebus ſacrum ſtudium literaꝝ: Hoc ergo Boetij opus q̊ſquis plegerit, aut (quod meliꝰ eſt) audierit (plenius eniz alit viua vox, vt dicitur) iucunde et fœliciter cū ratione docebit viuere. calcato expunctoqꝫ omī mentis affectu, mortiqꝫ preludens, eā poſtea vere venientem nō ſolum nō formidabit, ſed lœtus (vti Socrates) occurret, eamqꝫ corde intrepido et hilari fronte ſuſcipiet. Dixi.

In Boetij Seuerini de philoſophiæ cōſolatione opus Joānis Murmellij Ruremūdenſis p̄libatio.

Enarraturo mihi quinqꝫ Boetij de philiſophię cōſolatione libros quedā prelibanda ſunt, quibus ſtudioſorum animi ad ea quę tractanda ſunt, nō incongrue preparētur. Sunt autem hęc. Boetij vita, titulus operis, ſtyli qualitas, ſcribentis intentio, numerus libroꝝ, quę ſit operis vtilitas, et ad quam id philoſophię partem referatur

Seuerini Boetij vita

Uita Boetij hęc eſt. Seuerinus Boetiꝰ Romanus ex nobiliſſima Torquatoꝝ familia progenitus, generis claritudinem honeſtiſſimis a pueritia ſtudijs, virtutumqꝫ ac doctrinaꝝ nobilitate ſuperauit. Cuz enī nō minus grece quā latine ſciret, vniuerſamqꝫ philoſophiam cū arte oratoria ⁊ poetica coniunxiſſet, ſe nō ſibi ſoli, ſed humanę ſocietati natuz arbitratus. rei ciuilis adminiſtrationez ſuſcepit, perqꝫ honores āpliſſimos cōſul euaſit, iuſticię rebus in omībus cultor maximus, aſſertorqꝫ ſingularis, Unī et proboꝝ beneuolentiā adeptus eſt, ⁊ improborum aduerſus ſe odia concitauit. Uxor ei fuit nobiliſſimi generis fœmina inſignis tuz modeſtię, tuz pudicitię Ruſticiana Symmachi ſenatoris et cōſularis viri filia, ex qua liberos ſuſcepit, habuitqꝫ duos filios paterni auitiqꝫ ingenij ſpecimē preferētes, quos pater ipſe aliquādo cōſulatu honoratos domo prouehi ſub frequentia patruz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

et plebis alacritate vidit. Conſtat autem certis auctoribus Boetium diui Benedicti amicū fuiſſe, ⁊ in mōte Caſſino cum Tertullio Placidi monachi patre Romano ſenatore illius menſe accubuiſſe. Cum vero iam cōplures annos tum diuitijs, tum honoribus floruiſſet, et incredibilem virtutum eius ſplendorē, improborū hominū malicia ferre diutius nō poſſet, iniquis peſſimorū delatorū criminibus circūuentꝰ a Theodorico Gothorū rege Ticinū in exiliū pulſus ē, vbi ne inerti otio, mœroriſq; tedio cōtabeſceret, hoc diuinū philoſophice cōſolationis opus cōpoſuit, et ad poſtremū, incrudeſcente tyranni vecordia cū Symmacho ſocero ſuo interemptꝰ eſt āno ab ortu Christi q̄ngenteſimo viceſimoquarto, vel ob ſuſpicionem affectate libertatis, vel ꝙ in Arrianos inuectꝰ eſſet, quorū labe Theodoricꝰ rex erat inq̄natus. Qui in crudelitatis ſue vltionem apoplexi, vel (vt vult Agnellus) ventris [illegible] fluuio interijt, nonageſimo octauo die, poſtq̄ eius iuſſu Joannes pon[illegible]fex et romani conſules ac ſenatores aliquot Rauenne famis cruciatu in carcere mortē obierāt, atq; anno duode quadrageſimo, poſt q̄ italie dominio potitus erat. Quanq̄ Procopiꝰ in belli italici aduerſus Gothos principio refert, Theodorico poſt occiſos Boetium et Symmachū cœnāti cū eſſet caput piſcis oblatū, horrendā in illo viſā Symmachi faciē, q̄ labro inferiori mordicꝰ apprehēſo, ſibi toruis oculis minaret̄, eoq; cōſternatū pauore regem incidiſſe in egritudinē in qua leuitatē ſuam cōfeſſus fuit, ꝙ ſcilicet pōtificē ſanctū virū, et cum eo alios illuſtres romanos, et tunc preſtātiſſimos viros Symmachū ac Boetiū ad perditorū hominū ſuggeſtionem occidit et paulo poſt eā cōfeſſionē illico expirauit. Simile certiuſq; teſtimoniū ſubite mortis inflicte regi Theodorico ad pœnā iniq̄tatis affert ſanctus eccleſie doctor Gregorius in dialogo, vbi ſcribit ſolitariū magne virtutis virū apud Liparē inſulā in eremo habitātē qua die defunctus eſt Rauenne Theodoricꝰ, gotho cuidā nobili tūc dixiſſe, viſā a ſe Theodorici regis animā, que ab Joāne Romano pōtifice et Symmacho, q̄s per id temporis occiderat, in ollā Vulcani mergenda portaretur. Eius aūt filia fuit Amalaſiuntha, teſte Caſſiodoro grauiſſimo auctore, inter primarias rariſſimaſq; fœminas adnumerāda, grecis et latinis literis egregie imbuta, multarum linguarū perita, quā ille dicit videre venerādū, audire loquentē fuiſſe miraculum. Hec Theodorico patre ſuo mortuo, Boetij ac Symmachi filijs bona paterna in fiſcum delata reſtituit. Aliquot autem ānis poſt, cū Totilas Gothorū rex vrbem Romā cepiſſet, accuſata fuit a Gothis Ruſticiana Boetij q̄ndā vxor, ꝙ ſtatuas Theodorici regis cōfringi deleriq; curaſſet ob vindictā Boetij mariti, ac Symmachi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

patris, quos Theodoric⁹ interfici fecerat. Quod obijciebat mulieri de ſtatuis. verum fuiſſe putabatur, ſed excuſabat eā iuſtus dolor, ꝙ magnos illos viros iniuſte necatos fuiſſe cōſtabat. Qua ratione Totilas eā abſoluit, et ab impetu Gothoꝝ tutam ſeruauit

¶ Boetij opera quę nunc extant hęc ſunt

¶ In Porphyrij iſagogen enarrationes duę, prima et ſecunda.
¶ In Ariſtotelis prędicamenta cōmentariorum libri duo.
¶ In eiuſdem librum de interpretatione prima ęditio, et ſecunda in ſex libros diſtributa
¶ Liber de diuiſionibus
¶ Liber de diffinitionibus.
¶ Introductio ad cathegoricos ſyllogiſmos
¶ In Ciceronis topica commentariorum libri ſex
¶ De differentijs topicis libri quatuor
¶ De ſyllogiſmo categorico lib. duo
¶ De ſyllogiſmo hypotetico lib. ij.
¶ De trinitate libri duo
¶ De hebdomadibus liber vnus.
¶ De vnitate et vno liber vnus
¶ De duabus naturis et vna perſona Chriſti liber vnus.
¶ De arithmetica libri duo
¶ De muſica libri quinqꝫ
¶ De geometria libri duo ex Euclide tranſlati
¶ De conſolatione philoſophię hoc opus diuinuꝫ

Scripſit et alia tum carmine, tum ſoluta oratione, q̄ nunc deſiderant Porro liber ille, qui vulgo Boetij de diſciplina ſcholariū inſcribitur, non eſt eius, ſed barbari neſcio cuius, quod cum alia plęraqꝫ coarguunt, tum ſtylus facile indicat a Boetij tuꝫ eruditione, tuꝫ elegātia ſane q̄ꝫ alienus. Nō ignoro tn̄ Pium Baptiſtaꝫ Bononienſem aliter ſentire, ſed eū facile alias refellemus. Trāſtulit iteꝫ Boetius noſter in latinā linguā complures Ariſtotelis libros, et nōnullos, Platonis dialogos, pollicitus etiā vtriuſqꝫ hoꝝ philoſophoꝝ cōcordiā ſe ſcripturꝫ quod an pręſtiterit, cōpertum nō habemus. At hac tempeſtate nulla Boetij interpretatio extat (vt bene teſtatur Leonardus Aretinus in quarto epiſtolaꝝ libro) pręterq̄ꝫ Porphyrij, et prędicamentoꝝ, ⁊ περὶ ἑρμηνείας libroꝝ, quos ſi accurate leges, videbis ſummum illū virum ſine vllis ineptijs libros illos tranſtuliſſe. Textus eſt nitidus, et plan⁹, et gręco reſpōdens. Ab eodeꝫ Leonardo in quinto epiſtolaꝝ volumine Boetius vir doctiſſimus merito dicitur, de cuius pręſtantia et alioꝝ honorifica quędā teſtimonia his apponere libitum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

¶Baptiſta Mantuanus.

Baptiſta Mantuanus in apologetico Boetium appellat grauiſſimum ſanctiſſimumq; virum, et omnium ſcientiarum peritiſſimum, ac pręſtantiſſimum veritatis inquiſitorem et inuentorem

¶Angelus Politianus

Angelus Politianus in miſcellaneis Nam quis inquit Boetio vel in dialecticis acutior: vel ſubtilior in mathematicis: vel in philoſophia locupletior: vel in theologia ſublimior: Quem tāti iuniores etiā philoſophi, lōge (arbitror) omniū pſpicaciſſimi fecerunt, vt Aquinatem Thomā diuū hominē, Magnū q; illū Thomę pręceptorem (deus bone quos viros:) habere meruerit enarratores, et ab ipſius ſententia ne ſit vlla quidem pene prouocatio.

¶Platina.

Platina in Hormiſdę pontificis maximi vita literaꝝ monumentis hęc prodidit. Boetium et Symmachū Theodoricus ob ſuſpicionē affectatę libertatis, exilio primo, mox carcere afficit. In hac calamitate cōſtitutꝰ Boetius mlta ſcripſit, quę adhuc legunt. Trāſtulit et plęraq; ex Ariſtotele, eademq; cōmentatꝰ eſt. In mathematicis doctiſſimus eſt habitus, quod eiꝰ muſice et arithmeticę oñdunt. Poſtremo vero cū Symmacho ſenatore Theodorici iuſſu necatur. Sunt autē qui ſcribant Boetiū tātam calamitatē ſubijſſe, ꝙ ī Arrianos inueheretur, ad quos Theodoricus declinauerat, Superior ſnīa mihi verior videtur.

¶Raphael Volaterranus in anthropologia.

Boetius Zenone imperāte, ob affectatę libertatis ſuſpicionē a Theodorico rege exilio damnatur, deinde cuſtodię traditꝰ plura cōſcripſit. Tandē ſimul cum Symmacho ſenatore ſocero ſuo, alijſq; pręſtātibus viris interficitur. Eius deinde ſtatuas Amalaſiuntha reſtituit et hęredibus patrimonium incolume reddidit. Vir omnium vnus, qui et doctiſſimus, ꝛ ſine genio fuerit in ſcribendo

¶Mattheus Palmerius Florētinus in chronicis

Boetius ſenatorius vir ob ſuſpicionē affectatę libertatis a Theodorico exilio damnatus, moxq; in carcerem truſus plura conſcribit.

¶Idem paulo poſt

Boetiꝰ iāpridem exilio reuocatꝰ, ꝛ pretorio pręfectꝰ Theodorici iuſſu ſimul cū Symmacho ſenatore, et cum alijs pręſtātibꝰ viris interficit

¶Marcus Antonius Sabellicus enneadis octauę libro ſecundo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

Boetij ſcripta longius durant, varieqꝫ verſatum eſt illud ingenium per omnes philoſophię partes tā copioſe et elegāter, vt neſcias vtruꝫ vltimus fuerit eoꝛuꝫ, qui romanę locuti ſunt, an pꝛimꝰ, qui inclinatam eloquentiaꝫ in integꝝ reſtituere ſit adoꝛtus. Scripſit in diuinis quędā, ſed in mathematicis multo plura. Extant in dialecticen commentarij, extat et carmen. Cetez quuꝫ vtrunqꝫ ſit ab altero diuerſuꝫ, iure dubitari poſſit, vtrum fuerit illi natura magis pꝛopꝛiuꝫ. In cunctis tam caſtus et elegans, vt cum quolibet maioꝛum certet.

¶ Apud Caſſiodoꝝ in libꝛis variaꝝ aliquot eruditę: et cumpꝛimis honoꝛificę Theodoꝛici Gothoꝛuꝫ regis ad Boetiuꝫ epiſtolę leguntur: quarum vnam hoc potiſſimum loco aſſcribendam putaui

¶ Boetio viro illuſtri patricio Theodoꝛicus rex ſalutem.

Spernenda non ſunt, quę a vicinis regibꝰ pꝛęſumptionis gratia poſtulātur, dum plerumqꝫ res paruę plus pꝛęualent pſtare, qꝫ magnę poſſunt obtinere diuitię. Frequēter em̄ qd arma explere nequeunt, oblectamenta ſuauitatis imponunt. Sit ergo pꝛo republica et cum ludere videmur. Nā ideo voluptuoſa quęrimus, vt per ipſa ſeria compleamus. Burgundionum itaqꝫ dominus a nobis magnope poſtulauit, vt hoꝛologiū, quod aquis ſub modulo fluētibꝰ temperatur, et quod ſolis immenſi compꝛehenſa illuminatione diſtinguitur, cuꝫ magiſtris rerum ei tranſmittere deberemus, quatenus impetratis delectationibus perfruendo, quod nobis quotidianū, illis videat̄ eſſe miraculuꝫ. Merito ſiquidem reſpicere cupiunt, quod legatorum ſuoꝝ relationibus obſtupeſcunt. Hoc te multa eruditiōe ſaginatum ita noſſe didicimus, vt artes quas exercent vulgariter neſciētes, in ipſo diſciplinarum fonte potaueris. Sic enim Athenienſiuꝫ ſcholas longe poſitus introiſti, Sic palliatoꝝ choꝛis miſcuiſti togam, vt gręcoꝝ dogmata doctrinam feceris eſſe romanaꝫ. Didiciſti enim qua profunditate cum ſuis partibus ſpeculatiua cogitetur. qua ratione actiua cum ſua diuiſione diſcatur, deducens ad romuleos ſenatoꝛes, q̄cquid Cecropidę mundo fecerāt ſingulare. Trāſlationibus enim tuis Pythagoꝛas muſicus, Ptolomœus aſtronomus leguntur itali, Nicomachus arithmeticus, geometricus Euclides audiuntur auſonij, Plato theologus Ariſtoteles logicus quirinali voce diſceptāt. Mechanicū etiā Archimedem latialem ſiculis reddidiſti. et quaſcunqꝫ vl̄ diſciplinas vel artes fœcūda grecia per ſingulos viros ędidit, te vno auctoꝛe, patrio ſermone Roma ſuſcepit. Quos tāta verboꝛum luculentia reddidiſti claros, tanta linguę pꝛopꝛietate cōſpicuos, vt potu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

ſent et illi opus tuuz pꝛeferre, ſi vtranqꝫ plenius didiciſſent. Tu ar-
em pꝛedictam ex diſciplinis nobilibus natā per quadꝛifarias mathe-
s ianuas introiſti. Tu illam in nature penetralibus conſidentez, auc
oꝛum libꝛis inuitātibus, coꝛdis lumine cognouiſti. Cui ardua noſſe
ſus, miracula monſtrare pꝛopoſitum eſt. Molitur oſtendere, quod
obſtupeſcāt homines ſe inueniſſe. miroqꝫ modo naturis cōuerſis fac-
i detrahit fidem, cuz oſtentet et oculis viſionē. Facit aquas ex imo ſur
gentes pꝛecipites cadere, ignez ponderibus currere, oꝛgana extraneis
vocibus inſonare, et peregrinos flatibus calamos complet, vt inani-
na, poſſint arte cātare. Uidemus per eā defenſiones iā nutātiuz ciui-
tatum ſubito tali firmitate cōſurgere, vt machinamentoꝝ auxilijs ſu
perior reddatur, qui deſperatus viribus inuenitur. Madentes fabꝛi-
ce in aqua marina ſiccātur. Dura cum fuerint, ingenioſa diſpoſitione
ſoluuntur. Metalla mugiunt. Diomedes in ere grauius buccinatur.
eneus anguis inſibilat. aues ſimulate fritinniunt, et que vocem pro-
pꝛiam neſciunt habere dulcedinem pꝛobantur emittere cantilene.
Parua de illa referimus, cui cœlum imitari fas eſt. Hec fecit ſecundū
ſolem in Archimedis ſphera decurrere. Hec alterum zodiacuz circu
lum humano conſilio fabꝛicauit. Hec lunam defectu ſuo reparabilem
artis illuminatione monſtrauit. paruamqꝫ machinam grauidaz mun
do, cœlum geſtabile, compendium reꝝ, ſpeculuz nature, ad ſpeciem e-
theris indepꝛehenſibili mobilitate volutauit. Sic aſtra, quoꝝ licet cur
ſum ſciamus, fallentibus tamen oculis pꝛodire nō cernimus. Stans
quidam in illis trāſitus eſt, et que velociter currere vera ratione cog-
noſcis, ſe mouere nō reſpicis Quale eſt hoc homini, etiā facere, quod
vel intellexiſſe poteſt eſſe mirabile? Quare cum vos oꝛnet taliuz reruz
pꝛedicāda notitia, hoꝛologia nobis publicis expenſis ſine veſtro diſpē
dio deſtinate. Pꝛimum ſit, vbi ſtylus diei index per vmbꝛā exiguā ho-
ras conſueuit oſtendere. radius itaqꝫ immobilis et paruus peragens,
quod miranda ſolis magnitudo diſcurrit. ⁊ fugam ſolis equiparat,
quod motum ſemper ignoꝛat. Inuiderent talibus, ſi aſtra ſentirēt, et
meatum ſuum foꝛtaſſe deflecterent. ne tali ludibꝛio ſubiacerent. Ubi
eſt illud hoꝛarum de lumine venientium ſingulare miraculum, ſi has
⁊ vmbꝛa demonſtrat? Ubi pꝛedicabilis indefecta rotatio, ſi hec ⁊ me
talla peragunt, que ſitu perpetuo continētur? O artis ineſtimabilis
virtus, que dum ſe dicit ludere, nature pꝛeualet ſecreta vulgare. Se-
cundum ſit, vbi pꝛeter ſolis radios hoꝛa dinoſcitur, noctes in partes
diuidens, quod, vt nihil deberet aſtris, rationem cœli ad aquaꝝ poti-
us fluenta conuertit. quoꝛum motibus oſtendit, quod cœlo voluitur.
et audaci pꝛeſumptione cōcepta, ars elementis cōfert, quod oꝛiginis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

conditio denegauit. Uniuerſa diſcipline, cunctus prudentium labor nature potentiam, vt tantum poſſint noſſe, perquirunt. Mechanema ſolum eſt, quod illa ex contrarijs appetit imitari· et (ſi fas eſt dicere) in quibuſdam etiaꝫ nititur velle ſuperare. Hec enim feciſſe dinoſcitur Dedalum volare. haec ferreum cupidinem in Diane templo ſine aliqua illigatione pendere. Hec hodie facit muta cantare, inſenſata viuere, immobilia moueri. Mechanicus (ſi fas eſt dicere) pene ſocius eſt nature. occulta reſerans, manifeſta cōuertens, miraculis ludēs ita pulchre ſimulans, vt quod compoſituꝫ nō ambigitur, veritas eſtimetur. Et quia te ſtudioſius legiſſe cognouimus, predicta nobis horologia ocyus tranſmittere maturabis. vt te notum in illa mundi ꝑte facias, quo aliter peruenire non poteras. Agnoſcant per te extere gentes, tales nos habere nobiles, quales leguntur auctores. Quoties non ſunt credituri, que viderint? Quoties hanc veritatem luſoria ſomnia putabunt? Et quando fuerint ab ſtupore conuerſi, nō audebunt ſe equales nobis dicere, apud quos ſcient ſapiētes talia cogitaſſe. Uale.

¶Operis titulus

Titulus operis hic in pleriſqꝫ exemplaribus habetur Anitij Manlij Seuerini Boetij viri clariſſimi et illuſtris e conſulum ordine de conſolatione philoſophie libri quinqꝫ. Anitius Manlius Torquatus ⁊ Seuerinus nomina ſunt ex familia genereqꝫ Boetij deſumpta. Quādoquidem Anitiorum genus nobiliſſimuꝫ fuiſſe Rome et diuꝰ Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem teſtificatur his verbis. Scilicet nunc mihi Proborum et Olibriorum clara repetenda ſunt nomina, et illuſtris Anitij ſanguinis genus, in quo aut nullꝰ, aut rarus erit qui non meruerit conſulatum. Et Prudentius poeta in libro aduerſus Symmachum ſecundo hunc in modum cecinit.

Fertur enim ante alios generoſus Anitius vrbis
Illuſtraſſe caput, ſic ſe Roma inclyta iactat

Uidetur mihi haec Anitioꝝ familia ex Manlia gente duxiſſe originem, cuius auctor fuit Manlius Capitolinus Torquati autem cognomen ex Titi Manlij virtute acceſſit. qui Sulpitio dictatore tribunus militum gallum prouocatorem occidit. torquem ei detractuꝫ ceruici ſue indidit. Ab eodem propagatuꝫ eſt in poſteros Seuerini cognomentuꝫ. fuit enim tam ſeuerus, vt bello latino conſul filiuꝫ ſuuꝫ q̄d contra patris imperium pugnaſſet, licet hoſtis victorem, ſecuri ꝑcuſſerit. Unde Uirgilius Sequumqꝫ ſecuri Aſpice Torquatuꝫ. Porro peculiarem et prope genuinā huius gentis fuiſſe ſeueritataꝫ oſtendit Cicero in primo de finibus libro. Proinde ridiculuꝫ eſt quod indocti

unt Boetium eo dictum Seuerinum, ꝙ Theodorico regi ſe oppo-
erit. Multo autem magis illud, quod Boetium tradunt a veſcen
a boum carne fuiſſe agnominatuz, cum eruditiores a nomine priſci
iuſdam philoſophi quod eſt Boethus, cenſeant Boethium fuiſſe
ppellatuz. Quod ſi ita eſt, per th aſpiratum hoc nomen ſcribendum
t. Interpretatur autem βοηθοσ. fautor. adiutor. auxiliator. Cęte
um ꝙ hoc opus de conſolatione philoſophię inſcribitur. ſciendu; eſt
ormas ſępe fingi ab illuſtribus auctoribus, et perſonaꝝ fieri deſcripti
nez, quae grecis προσωπογραφια dicit. Queādmoduz Pro-
icus ſophiſta virtutem ac voluptatem apud Herculem inter ſe decer
antes facit, vt auctor eſt Xenophō. Et mortem ac vitam teſte Fabio
ōtendentes in ſatyra tradit Ennius

¶ Styli qualitas.

laz vt ſtyli qualitas innoteſcat, Boethiꝰ in his libris, tuz verſibꝰ vti
ur, tum oratione ſoluta, vt iucunda viciſſitudine lectoris tędiū leue-
ur. Fecerunt hoc ante Boethiuz cum alij, tum pclare Petroniꝰ Ar-
iter, et Martianus Capella. Belle autez prius vtitur carmine, quā
roſa, ꝙ Auctore Strabone, primū ante oīa apparatio ipſa poeti-
a proceſſit in mediuz. et approbata cōplacuit. Deinde metꝝ ſoluerūt
Cadmus. Pherecydes. et Hecatęus. Huc accedit, ꝙ Boethius ani-
ni nimiuz perturbatus, elegis fortunę mutationez deplorās, ⁊ animi
ui patefaciens ęgritudinem, peropportunuz philoſophię in ſoluta o-
ratione ad cōſolationē inducendę locum parat. Sciendum orōnis
duas eſſe ſpecies, metricā et ſolutaz. Metroꝝ quidez varijs generibꝰ
in hoc opere vſus eſt, quae loco ſuo reddentur. Soluta autem oratio
proſa dicitur, ꝙ ſit recta, et non certo numero reflexa. Nam proſum
veteres rectum dixerunt Fabius Facilius verſus ediſcimus, q̄ȝ pro-
ſam orationem Sunt qui proſam dictam velint eo ꝙ ſit profuſa, vel
ꝙ ſpacioſius prodeat, et excurrat, nullo ſibi termino praefinito. Sty-
lus eſt mediocris. et philoſophicus magis quam oratorius, non fuca
tus quidem aut phaleratꝰ, ſed qui ꝟitatis inq̄ſitori nequaq̄ȝ improbet

¶ Scribentis intentio.

Stylo huius operis indicato, nunc auctoris intentionez, (⁊ vt gręci
dicunt) σκοπον videamus. Quemadmoduz M. T. Cicero per
bellicos tumultus a ſenatu forenſibuſq; negocijs ſemotꝰ, totum ſe ad
philoſophiae ſtudia, libroꝝq;, quibus iuuaret poſteros, ſcriptionem
contulit. ita et Boethius exul ac in carcerem coniectus, cum bene cō-
ſulendo et agendo prodeſſe hominibus nequiret, vt et ipſe res aduer-
ſas aequiori animo ferret, et detecta fortunae inconſtantia, ſummoq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

bono patefacto poſteritati conſuleret, philoſophia conſolatrice aduocata, diuinum hoc opus in dialogi morem compoſuit

¶ Librorum numerus

Eſt autem id in quinqꝫ volumina ad Ciceronis qui libros quinqꝫ de finibus bonorum et malorum, totidem tuſculanaꝝ diſputationuȝ nō admoduȝ diſſimili argumēto compoſuit (ni fallor) imitationeȝ diſtributum. Quorum primo Boethius Philoſophiae lamentationes, et aegritudinis ſuae cauſas exponit. In ſecundo Philoſophia Boetio leuiora quaedam fomenta prudenter applicat, eumqꝫ molliter conſolatur, docens fortunae bona non eſſe in bonis noſtris numerāda Tertius liber acriora cōtinet remedia, falſaeqꝫ foelicitatis ſpecie reiecta veram beatitudinem oſtendit. Quarti diſputatio haec eſt omneis malos infoelices et impotenteis eſſe, bonos vero cōtra foelices, votorūqꝫ omnium ſuorum compotes. Quinto deniqꝫ diſſerit acutiſſime de caſu, liberoqꝫ hominis arbitrio, ac prouidentia diuina.

¶ Que ſit operis vtilitas

Porro quę ſit horum voluminum vtilitas, ex his quę iam dicta ſunt facile perſpici poſſe nemini dubium eſt. Cum ea non poſſint non eſſe longe vtiliſſima, ex quibus diſcamus vera bona diſcernere a falſis, et contemptis fallaciſſimę fortunę donis ad ſolidam perpetuamqꝫ beatitudinem bene honeſteqꝫ viuendo peruenire

¶ Ad quam philoſophię partem hoc opus referatur.

Reliquuȝ eſt, vt ad quam philoſophię parteȝ hoc opus pertineat, diſcamus Philoſophia trifariam a pleriſqꝫ diuiditur in moralem. naturalem, rationalem. Prima componit animum. Secunda rerum naturam ſcrutatur. Tertia proprietates verborum exigit, et ſtructuram Diducitur ⁊ philoſophia in contemplatiuam et actiuam, quaruȝ hęc quidem in virtutum actionibus verſatur, illa vero in contemplatione veritatis. Hoc itaqꝫ (ni fallor) opus potiſſimū ad actiuam moraleȝqꝫ philoſophiam refertur. Nam in eo maxime verſatur, vt animum hominis perturbationibus repurgatum, virtutibuſqꝫ excultum ad ſummi boni contemplationem perducat. In poſtremo autem libro ſublimius exurgit diſputatio, et metaphyſicen theologiamqꝫ quodammodo attingit. Sed haec hactenus, nunc aſpirante ſpiritu ſancto primi carminis enarrationem auſpicemur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 7

¶ Boethij de conſolatione philoſophię liber primus adiecto Joannis Murmellij Ruremū‐denſis cōmen‐tario.

¶ Metrum primum libri primi

c Armina qui quondam ſtudio florente peregi
Flebilis heu moeſtos cogor inire modos
Ecce mihi lacerę dictant ſcribenda camenę
Et veris elegi fletibus ora rigant
Has ſaltem nullus potuit peruincere terror
Ne noſtrum comites perſequerentur iter.
Gloria foelicis olim viridiſq; iuuentę
Solantur moeſti nunc mea fata ſenis
Venit enim properata malis inopina ſenectus
Et dolor ętatem iuſſit ineſſe ſuam
Intempeſtiui funduntur vertice cani
Et tremit effoeto corpore laxa cutis
Mors hominum foelix. que ſe nec dulcibus annis
Inſerit. et moeſtis ſepe vocata venit
Heu heu q̄ ſurda miſeros auertitur aure
Et flentes oculos claudere ſeua negat
Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret
Pene caput triſtis merſerat hora meum
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum
